Vulnerasti cor meum soror mea
sponsa in uno oculorum tuorum etc.
In hiis verbis preallegatis nobis
intimatur quod quelibet sancta anima
ad eternum regnum aspirans aspi-
cere(?) duos oculos debet habere. Unum cognicionis alterum
dileccionis. Non enim dicit sponsus in uno oculorum n-
ad differenciam alterius. Habeat ergo sponsa oculum
quo videat et consideret quid sibi sit eligendum
et aliud quo voluerit quod eligit ad amandum. Un-
de Apoc. Oculi eius ut flamma ignis. Per flammam
designatur cognicio. Cum enim sicut flamma tene-
bras noctis illuminat. et rebus omnibus proprias formas
tribuit. verum a falso bonum a malo separat et
discernit. Per ignem proprie denotatur dileccio. quoniam
sicut carbones ignis vivificat et accendit.
sic vera dileccio mortuos in peccatis per vite re-
novacionem vivificat et accendere consuevit. Unde — ī ea
In ignem veni mittere. et quid volo nisi ut ardeat.
Unde dicitur Oculi eius ut flamma ignis. Cum ex oculis
alter quasi flamma lucet et illuminat per cognicionem.
alter quasi ignis ardet et accendit per dileccionem. Hi-
[.]abiliter et utiliter utitur anima hiis oculis. Unoquoque de-
inde eum usum oculorum inter diversas res discernit
et diiudicat. Alterum vero quod valde convenit est
nature oculorum. utens quasi sagittis unde dilecti
sui viscera vulnerat et transfodit. Sapiens ergo
anima oculos oculo cognicionis consideret primo id quod
proprius est. et de quo sibi maior cura incumbit. scilicet
semetipsam attendit. quod sit ad ymaginem et
similitudinem dei facta. et quedam virtute prefigurata
similitudini trinitatis. Habet namque a patre po-
tenciam a filio sapienciam a spiritu sancto caritatem. Per pote-
nciam sensibus suis imperans retinet ab illicitis et
potenter deprimit. Per sapienciam ad lineam recti-
tudinis ordinat et disponit. Per caritatem quod
cetera prefecto et diligit id quod per lumen cogni-
cionis cognovit diligendum. Vel aliter per sapi-
enciam racionis quod amandum per potenciam fortis
retinuit quod amat per caritatem voluntatis a-
mat quod iam decrevit amandum. Hoc est ex toto animo
ex toto corde et ex tota virtute. sapienter fortiter
dulciter amare quia dilectus candidus et rubicundus electus
ex milibus. Et cuilibet anime racionali amor insi-
tus a natura est quem quidem in seipsa primo asserit. mallet
universa tormenta sustinere pro amore quam vivere
sine dileccione caritatis. Cum igitur anima sic senciat
sibi naturaliter hunc amori adherere appetitum. ad hoc
maxime studium suum impendere debet sapiens anima
in quo eum amandum et in tali loco anchoram

figat. in quo et per quem velud in securo portu
requiescere possit et audeat confidenter. Attendat
igitur quod sibi expediat per quinque sensus corporis
sui. Ad ea que foris sunt oculum cognicionis emit-
tit nuncium utique fidelem et sapientem. Ut foris
quereret si aliquid inveniat cui fidelis anima per vin-
culum amoris absque detrimento nobilitatis
se possit vel debeat copulare. Nec mora fi-
delis nuncius accepto mandato velociter transi-
dit. discurrit per universum mundum. Cum non inve-
nerit ubi pes eius requiescere possit. revertitur ad
dominam suam que eum miserat festinanter. At vero
videns domina nuncium ei astantem. dixit Quid inquit
invenisti. At ille. Vidi universa que sub sole
fiunt et ecce universa vanitas et afflictio spiritus.
Ad hanc vocem alcius ingemiscens anima ex intimo
cordis affectu longa trahens suspiria ait.
Quid ergo fiet de hiis per quibus te miseram. Nichil
invenisti in tota terra per quod dolorem meum vel ad
modicum possim relevare. Nichil inquit. Cum ergo
sis nobilis creatura inquit nuncius. et ymaginis
dei insignita caractere nunquam habitura finem
indignum videre ut in infimis et transitoriis
rebus amorem tuum ponas. Cum omnia velociter
ad finem tendunt. Et in hiis spem tuam ponas
post finem suum vacuam te relinquunt manere. Hiis
dictis audiens cognicio dominam suam minus
libenter audire que dicebat conticuit. At vero anima
que hucusque dolorem suum pacienter sustinuerat spe
recipiendi aliquid iocunditatis sibi portari a cognicione.
Et cum spe sua frustratam cerneret immanitate
doloris ac tristicie absorpta. lectulo prosternitur.
Crescit ergo sermo in familia. mirantur quod dominam
suam inopinata infirmitate oppressam in lectulo
doloris ac tristicie se collocasse. Ad hanc vocem
omnis virtutum familia ingrediens cubiculum: inve-
niunt eam iam factam exanimem pre dolore. Tunc una
earum que ceteris videbatur esse sapiencior scilicet racio: al-
loquitur sic alias consolando. Nolite ita pertur-
bari. non enim mortua est domina nostra. sed dormit.
Accedens ergo proprius et eam leniter excitare gestiens
alloquitur eam in hec verba. Quid novi inquit accidit.
Cur concidit vultus tuus et cur solito tristior est
facies tua. Parce queso tue animi tuo. et si tibi
non misereris. saltem familie astanti quam vides
pro tua molestia turbari misere. Et et si quod
forte novum accidit propter quod tam irracionabiliter affli-
geris indica nobis saltem ut possimus satisfacere
tibi. doloremque tui pectoris in aliquo mitigare. Hec
enim et hiis similia racione prosequente. cum anima
verbis suis in nullo penitus moveri consuevit. quasi
ad cognicionem devertitur. Nosti inquit quare et un-
de dolor tam irracionabiliter provenit. Novi inquit
Cum enim misisses me in mundum ut inter ea que foris

Ratio

sunt aliquid querere cum quo et per quem veri amoris de-
licijs fruetur. Et ego vemens dixisse me nichil
invenisse quod ei amare consulere. repente corruit
exanimis. et hec est causa cur nos et se ipsam
Fides tam crudeliter affligit. Hijs auditis Fides: domine
sue inquit. Quid est quod agis. Nunquid non credis
tibi quod et quante sunt patrie celestis gaudia que
Spes deus diligentibus se preparavit. Spes ad hec respondit
Cum totius regni celestis gaudia in dilectione
consistant. quod ad te pertinet. ut illo et dulcedine
ad consolacionem domine tue dixeris. quam iam frui non
possit. cum adhuc peregrinetur in corpore. Cui
Fides. Ad hoc inquit gaudia illa produxi in
medium. ut audiat anima que sibi promissa sunt
et interim consoletur ne tam vehemencius ante tempus
anhelet ad amoris suaves delicias. sed quamdiu
diu peregrinatur in corpore. exerceatur in labori-
bus et vigilijs. et devotis oracionibus ut ad ea
que fideliter certantibus promissa sunt quandoque valeat
feliciter pervenire. Unde ait quidam sapiens et
discretus. Non per delicias et voluptates
mundi. sed per multas tribulaciones oportet nos
intrare in regnum celorum. Cum ita familia in
hunc modum domine sue loqueretur. tandem exalata
dixit. Recedite queso recedite. amare
flebo. Non persistatis consolari me. consolatores
Sapiencia enim onerosi estis. Sapiencia tunc compaciens
eius dolori dixit. Quoniam sicut ipsa nosti con-
silia mea sepissime profuerunt. rogo indica
michi quid habes. forte adiuvante deo tibi bene
consulam. Hijs auditis anima. conversa ad sapienciam
dixit ei. Benedicta tu a domino. quam condoluisti
vice mea. quamobrem pandam tibi secretum meum
quia per tuum consilium me divina pietas confortabit
Cum igitur sicut nosti naturaliter in me insitus sit
affectus diligendi. volens meo satisfacere deside-
rio. oculos cognicionis circuivi mundum. querens
ut in ipso invenire. unde spiritum per amoris delici-
as ad modicum recreare. Cumque hoc minime
invenire. tanto dolore afflicta sum. ut satis iuste
dicere possim. quod vulnerata caritate ego sum
Sapiencia ad hec dixit. Bene ut tu dicis.
Caritas caritas tibi hanc sagittam infixit. Vocetur ergo
et ipsa ad nostrum secretum. ut per illius consilium
sciamus. qualiter hoc vulnus vel quomodo sit medendum
Caritas ergo vocata. statim advenit. cognitaque
causa cur vocata esset ait. In me sit hec
vocata dignitas. Ego feci. ego feri. tamen intimo
acquiesce consilijs meis. ut quod tibi dixero hoc facias
Et illa. Tuum est imperare. meum autem quod iusseris
exequi perfectum. Quoniam ut ipsa testaris inquit

invenire
caritas in terris non potest quem diligis. et sine amore
vivere non potes. querendum nobis est enim forte
in celis aliquid invenire valeamus ut tibi possimus
de angelis satisfacere. doloremque tui pectoris in aliquo mitigare.
Sed quoniam scriptum est. quia in angelis suis deus reperit
pravitatem. sanum michi non videtur. ut in illis spem
tuam ponas. quoniam sunt creature sicut tu. nichil
habent nisi quod ab auctore omnium perceperunt olim
Cum autem universaliter scriptum sit. quod scrutator est maies-
de mediatore xpo tatis opprimetur a gloria. temerarium michi videtur
si absque mediatore excellenciam divine maies-
tatis adire presumas. vel ad amores illius
suaves sublimesque delicias anhelare. Est
enim mediator dei et hominis homo xpc super
angelos exaltatus. in dextera dei sedens. tanto
melior angelis. quanto differencius pre illis nomen sibi
hereditavit. Huic igitur tamquam fideli mediatori
committe te committe confidenter te quoniam prior te
dilexit. et animam suam dedit pro te. Et licet
omnis plenitudo divinitatis habitet in ipso
corporaliter. non est tamen metuendus. quoniam quod diligit
non diligentem. Anima ad hec voltum quasi credi-
pit exultans. pre gaudio dixit ei. Sicut tuum
sunt discernere quod faciamus. ita nichilominus
tuum est operam dare qualiter id quod consuluisti consumare
valeamus. Tu es illa virtus potens et infatiga-
bilis. que ipsum deum quem nobis inquit sermo est fecisti
carnem sumere et in ipsa mortis angustia crucis
obprobrium sustinere. Caritas ad hec ait. Inten-
tendus est inquit nobis nuncius fidelis. qui
noverit sapienter eius visceribus pietatis
quem pro amore eius patris inducere. Cuius ibit
nobis. Est autem saliens in medium nuncius
fidelis. expeditusque ad currendum. scilicet pura
Oracio pura oracio. et dixit. En volucris mea venire.
ibo quocumque miserit me domina mea. Et caritas
Ibo tecum. scilicet vice hac. nomini tuo non scribetur
victoria. Dixit autem eis anima. Quoniam vobis
convenit ut legacionem istam facere velitis
precor. ne moremini quesso ulterius. Et si inveneri-
tis dilectum. nunciate ei quia amore langueo
desideria Caritas quoque assumit iacula sua. scilicet iacula
ignita desideriorum. ut si ad excelsum illius
gygantis quem querit pertingere solum non poterit
saltem de longe iaculetur. Sciens eciam oracio
quia per terram australem sibi sit transeundum. timens
ne in via deficiat siti. assumit secum vas
lacrime aque scilicet habundanciam lacrimarum. Transeuntes
itaque huius mundi solitudinem. tandem ad civita-
tem in qua rex erat pervenerunt. Videns
autem oracio gloriam civitatis illius. audiensque suaves

melodias angelorum non habuit vole spm: desiderans
in admiracionem. portam civitatis intrare non potuit
Tunc caritas videns sociam suam defecisse. civitatem
sibi notam audacter ingreditur. pertransiens diversos
sos ordines. et paululum cum perambulasset eos. invenit
quem querebat. Videns autem eum in solio glorie sue resi
dente. extraxit silenter unum de iaculis. et tinnient
em eum. Tunc rex sentiens ictum iaculi: dixit. Quis
me tetigit. Cum autem omnes astantes hac permoti non
me tetigit. Cum at omnes astantes hac permoti non
virtute iaculi mirarentur: volens scire quis eum tetigisset
dixit. Tetigit me aliquis. Karitas in hiis que dixit
maiori accepta fiducia. alterum extraxit iaculum et
trahens cum impetu vehementi: etiam regis viscera
tam suaviter transivit: ut usque ad cor eius iaculum
perveniret. Nec extraxit sagittam. sed ita in corde
regis ut percusserat dereliquit. Tunc demum rex
aperiens quod sentiret: dixit Vulnerasti cor meum
soror mea sponsa etc. Sicut de vulneribus sangu
inis et alter liquor effluit: sic ab hoc vulnere
stille dulcedinis et voluptatis profluentes
animam que in lectulo collocata languebat amore mu
tuos suos expectabat. sic inebriavit ut oblita
quasi ante passa fuerat: et nichil aliud agere
poterat: quam collate dulcedini congaudere

Sequitur parabola quomodo omnes virtutes convenerunt in unum ut unam preponerent omnibus

Omnes virtutes convenerunt
aliquando in unum: ut ex seipsis unam in
reginam sibi eligerent. Et primum quidem
ut fieri solet: diverse diversa super hoc
sentiebant negotio. Alie enim humilitatem tali dig humilitate
nam honore dicebant: eo quod ipsa grato intrinsecus sua
vitatis ac dulcedinis sapore religiosorum quotidia
nos actus quam sermones condiat et contemperet. et ac
ceptari ab omnibus faciat. ipsosque in bono perma
nere ac perseverare statu. blando cottidiano
instructionis sue hortamento edoceat. Asserue
bant quod quasi bonum sine illa sit. non solum nichil
valere. sed etiam esse maximo operanti detrimento:
ipsam potissimum omnium custodem ac nutricem virtutum
esse. scalamque quandam que ipsum penetrat celum. Sicut
econtrario per superbiam inde ruitur dicente domino. Omnis superbia
qui se exaltat humiliabitur etc. Alie autem pro varietate
intellectus sui rei publice sue summam prudencie
attribuendam contendebant: propterea quod illa tamquam
quedam virtutis pars. et tocius magistra discipline
a cunctis prelatis sapientibus. cum ipse salomon
secum super salutem. et omnem pulchritudinem dilex
isse ac sibi omnia pariter cum illa venisse testetur.
Dicebant quod eam interiores oculos illustrare
scripturarum clausa reserare. questionum nodos
dissolvere. sic parvulos lactare. ut etiam adultis

congruum ministret cibum. perfectis quoque apponat
ubi ingenium exercere valeant. Sine qua enim De virginitate
quicquid est. brutum vel cecum dici potest: cui vero
adest. perspicue et illustre. Sed nec deficere
in illo virtutum cetu. que huius certaminis palmam
virginitati deferendam censerent. ideo quod hec virtus
angelorum propria et specialis sit. et cum de celo olim
descendisset. primam sibi ac propriam sedem in corde
beate marie virginis constituerat. unde et dominus
incarnandus elegit eam in habitacionem sibi. post
illam vero in mentibus inviolabilium virginum
utriusque sexus tamquam in preclarissimis quibusdam
templorum suorum aditis inhabitavit: et in
habitando dominus eos conspectibus dignos repre
sentari fecerit sicut scriptum est Adducentur regi vir
gines post eam. Asserebant quod nichil hac vir non
tute inter homines honestius. sicut ex opposito
nichil libidine turpius. cum hec eadem in scripturis
turpitudo ipsa vocetur. Nichil etiam in futuro
seculo christo propius ac familiarius adherere virgini
tate secundum quod scriptum est: hii secuntur agnum quocumque
agnum ierit. sicut econtrario nichil in die iudicii
ita dignum confusione ardore et fetore ut
libidinis opprobrium. Unde et quedam ex De abstinencia
ipsis abstinencie quoque virtuti summam
laudem preferebant: eo quod sollicita custos. fidis
simaque comes virginitatis sit. ceterarum etiam
virtutum sedula nutrix. que a nolentis sit incipien
da. ut etiam a perfectis non sit relinquenda: preci
pue autem cum parsimonie bonum non solum in cibis
verum etiam in ceteris corporeis rebus sit tenendum.
nec tantummodo gustus. sed et alii sensus nostri ab
illicitis quibusque sint arcendi: quatinus oculos
nichil lasciviue delectet: nares in odoriferorum
olere: os nec nichil ociosum loquatur. Denique cor
ipsum nichil inutile cogitare. Cum igitur virtutes
taliter pia inter se altercacione alie alia preferendo
disceptarent. una ex ipsis nomine prudencia
cuius et superius mencio facta est. stans in medio.
et manu silencio indicens ait Quia vera
ut video disputacio. super posito negotio.
hinc usque habita. multiplicata dissidet varieta
te: bonum mihi videtur si vestre placet serenitati
unam ex nobis colligere cuius solius industrie. elec
tionis arbitrium committamus. ut quod ipsa inde
dixerit. cetere omnes unanimiter sequantur. Cumque
sese huic sentencie libenter acquiescere cuncte
respondissent: illa protenso in dextera parte
digito. ecce inquit hec est consors. et commilito
mea discrecio. et que non pridem inter ipsas nostri
ordinis prelacionis semper habere auctoritatem.